

sphaericus. Et post illud cōsideratio cogitativa perduxit ad intelligēdū reliqua quæ sequūtur illud, propterea q̄ totū quod uidetur in eo de rebus apparentibus est contrariū ei, super quod existit diuersificantū sententiā, & illud est, ut nos ponamus, q̄ homo dicat, q̄ motus stellarū est secundū rectitudinē usq̄ ad illud, cui nō est finis, quemadmodū iam aestimauerunt quidam hoīes. Quibus ergo modis possibile est, ut uideat̄ unaquæq̄ earū in omni die oriri super nos ab ortu uno, & qualiter possibile est, ut redeat ad ortum suū motu eius secundū rectitudinē ad id, cui finis nō est existente, & quomodo si redeūt secundū rectitudinē non uident̄ redire, & qualiter non alterat eam lōgītudo, & minuit de lumine eius, & ipsius magnitudine, paulatim deinde occidit, imo uidetur secundū contrariū illius, qm̄ ipsa magnificatur apud occasum suū, deinde tegitur paulatim, ac si ipsa à superficie terræ abscindatur. Et q̄ iterū dicitur, q̄ ipsæ accenduntur à terra, deinde post illud extinguitur in ea, est res longinuior ab eo, quod est cōueniens. Et si nos affirmauerimus, q̄ sit hic ordo sublimis, qui est in magnitudine & q̄tītātū stellæ numeratione earū, & elongationibus ipsarū & locis earū, & temporibus ipsarum inanīs & uanus, & q̄ sit natura quarundā partiū terræ accendens, & quarundā earū extinguens, imo locus unus quibusdā hominibus sit accendens, & quibusdā hominibus extinguens, & q̄ sint eadem stellæ quibusdā hominibus accensæ, aut quibusdā extinctæ, & quibusdā nō accendantur adhuc, aut non extinguantur, tunc si concesserimus hoc, licet sit derisio & illusio, ergo q̄ dicent hanc tenentes sententiā de stellis sempiternæ apparitionis, quæ nō oriuntur neq̄ occidūt, & p̄pter quas causas stellæ accensæ extinctæ nō oriunt̄, & occidunt in omni loco, & apparentes quæ non oriuntur neq̄ occidunt nō sunt apparētes in omni loco semper supra terrā. Nam nō potest aliquis dicere, q̄ eadem stellæ accendant̄ & extinguantur apud quosdā homines semper, & non accidit eis, nisi unum horū duorū apud quosdā. Cū uisibiliter stellæ eadem in quibusdā locis oriri & occidere, & in quibusdā non oriri neq̄ occidere inueniant̄, & omnino dico, q̄ quascunq̄ figuras dederit dator in motu cœlesti, præter sphaericā, tunc necessariū est, ut sint elongationes à terra ad loca alta diuersæ, ubicunq̄ sit terra posita, & qualitercunq̄ sit. Et propter illud oportebit, ut uideat̄ magnitudo quantitātū stellæ, & elongationes earum ab inuicē diuersæ in loco uno & omni reuolutione, qm̄ ipsæ erunt quādoq̄ in elongatione maiore, & quandoq̄ in elongatione minore, de hoc non nihil uidetur & illud, quod uidet̄ de additione in magnitudine earū, cum sunt apud horizonta, nō uidetur propter propinquitatē earū & paruitatē elongationis apud horizonta. At uero, qm̄ uapor humiditatis, q̄ continet terrā, ponitur inter uisum, & eas, quare uidentur ita, sicut illud quod proicitur in aquā uidetur maius, & quanto plus iungitur inferius, tanto plus est maius additum in magnitudine sua, & significat iterū affirmationē figuræ sphaericæ, quoniā non est possibilis cōuenientia cōsiderationū cū instrumētis, nisi secundū hanc figurā, & cū hac figura tm̄, & q̄ motus cœli nō est difficilis, imò est lenior motuū figurarū diuersarū, aut faciliior eorū, & res quæ est faciliioris motus, de superficialib⁹ est circulus, & de corporeis est sphaera, & q̄ figuræ diuersarū, quarū cōprehensio est æqualis, quæcūq̄ plures habet angulos, est maioris quantitatis, & propter illud oportet ut sit circulus maior superficie, & sphaera maior corporū & cœlū maius eo quo est præter ipsum. Sermo quidē eius, q̄ figurarū diuersarū, quare cōprehensio est æqualis, quæcūq̄ plures habet angulos, est maioris quātītatis, & p̄pter illud oportet ut sit maior circulus superficie, & sphaera maior corporū, & cœlū maius eo, quod est præter ipsum ex corporibus, est sermo in ultimo aggregationis, & est cum hoc uanitas sermonis, & hoc est primū, quod apparet de uanitate eius in arte geometriæ. Et nūc quidem attendamus ad exponendū sermonē eius, & declarādū illud quod uoluit, & post illud declarādā uanitatē eius in ipso. Dico ergo illud, qd̄ intelligo ex sermone eius, licet nō dicat̄ illud ipsius dicto, sed det illud intentio, quā conatus est declarare, in q̄tū propterea q̄ fuit intentio finalis de cœlo habita cōprehensione pluriū, & ut caperet de corporibus q̄ pluriū possibile est, oportuit ut esset figura eius figura dans illud ei, & est figura sphaerica, qm̄ sphaera est maior unaquæq̄ figuræ pluriū angulorū, quarū cōprehensio est æqualis cōprehensionī sphaeræ, & propter illud dixit, & sphaera est maior corporū, & cœlū est maius eo quod est præter ipsum ex corporibus, & declaratio huius intentionis, scilicet, q̄ sphaera est maior figuris pluriū angulorū, quarū cōprehensio est æqualis cōprehensionī sphaeræ, est fa-